disciplinæ militaris usum, durante expeditio-
ne bellicâ libera sit animadversio.
Ærarium Provinciale publicum Nobilitati
constituendi potestas sit, ad quod omnes mulctæ
Contributionesque publicæ et collationes spon-
taneæ conferentur, cuius ærarij administratiô
penes duos Consiliarios Seniores, et duos ex
nobilitate ad hoc deputatos sit.
Arcis Piltensis Præfectum auctoritate S. R. M.
ad petitionem Ill.mæ Sophiæ Ducis Anspa-
chianæ, ubi Jure contra Ducem Wilhelmum
in Judicio nostro Commissoriali vincentis,
Illiusque Ill.mi fratris et tutoris Ill.mi Prin-
cipis D. Christiani Episcopi Mindensis et
Brunsuicen. ac Luneburgen. Ducis consti-
tuimus Generosum Jacobum Godemannum S. R. M.
Secretarium isque Juramentum fidei S. R. M.
et Reipublicæ coram Nobis prestabit hac formâ.
Ego N. Juro quod Ser.mo ac Potent.mo Prinsi D. D. Sigis-
mundo 3.tio Dei gratia Regni Poloniæ Regi
eiusque Maiestatis Ser.mi Successoribus
Regibus Poloniæ et Reipublicæ fidelis ero=
Arcem, Præsidia, et Bona Piltensia cum
in possionem eorundem venero, insciâ, et
invitâ S. R. M. et Republica ac Ill.ma Du-
cissa Anspachiana durante Jure ipsius nemini
tradam; si quid S. R. M. et Reip. nocivum
scivero illud pandam, et pro posse meo avertam
sic me Deus adiuvet, et Sancta Christi Passio.